

DOMINUS ET SERVI

♪ *Cadet Rousselle*

Iulius vir Romanus est
isque magnus dominus est:
magnum servorum numerum,
plenum nummorum sacculum
habet ille, habet ille;
habet centum, habet mille...
Tu, Iuli domine,
numera bene pecuniam!

Centum in sacco nummi sunt,
centum in villa servi sunt:
Iulii est familia
et eius est pecunia.
„Unus, duo, tres et quattuor *(quinque, sex.)*
septem, octo, novem, decem...
Quid? Non! Decem tantum?!
Ubi sunt ceteri nummi?”

Dominus qui iratus est
suam vocat nunc feminam.
Domina quae irata est
suam vocat familiam:
„Dave, Syra Deliaque!
Veni tu, improbe Mede!
Tace et in mensa pone
sacculum et pecuniam!”

Dominus magnus imperat
sed servus parvus non paret.
Dominus sumit baculum,
baculum pulsat servulum:
Davum, Syram Deliamque
Marcum, Iuliam et Quintum...
Tantum Medus abest,
qui tacet et discedit.

servulus = parvus